





26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

1678.

26. Ovestelius, Caspar : De pulvinari, morientibus non sub-
trahendo.
27. Rothius, Henricus Balthas : De interventione tertii
28. Rath, Henr. Balthasar : De confiscatione statu
saria.
29. Rothius, Henricus Balthasar : De periculo et commodo
in emphiteut. vni
30. Rath, Henricus Balthas : Fura sepulcrorum.
31. Rath, Henricus Balthas : De eo, quod iustum est
circa domum cuiusque propriam et suam.
32. Schilkerus, Joh : De damnorum persecutione
33. Schilkerus, Joh. : De rebus creditis si certum petatur
ex mutuo.
34. Simon, Joh. Georg : Positionum juridicarum centuriae
II miscellae.
35. Simon, Joh. Georg : Fust. Liem hominis circa animam.
36. Simon, Joh. Georg : De thesauro.
- 37^{a et b} Simon, Joh. Georg : De intimatione occulto-
ris capitalis 2 Inempt. 1678: 1679.

1678.

38. Simon, Joh. Georg : Lex : Si merces 25 { Sculpae 4.
D. Cocat.
39. Simon, Joh. Georg : Intra statutorum -
40. Simon, Joh. Georg : De absolutioe in foro poenit =
Textuali et contentio so.
41. Struve, Georgius Adamus, Collegii juris Dni . . . Decanus
ad solemnem lectionem cursoriam Theorici Theor.
Cachii iuritat.
42. Struve, Georgius Adamus : De auto dice (die Selbstkündigung)
- 43^{a et} Struve, Georgius Adamus : De pento oblato.
44. Struve, Georgius Adamus : De citatione in genere
ac in specie publica.
- 45^{a et} Struve, Georgius Adamus : De mortificatione
2 Saempt. 1678 : 1751.
46. Struvius, Georgius Adamus : De jure divoriorum.
2 Saempt. 1678 : 1724.
47. Struvius, Georgius Adamus : De jurebus liberorum.

e 4.

at =

uus "

eer

knüpfen

ere

uen

uen 115



28
1484



1798.

1678, 41

17

GEORGIUS ADAMUS


Strube/

JC. Confiliarius Saxonicus in-
timus, Collegii Juridici Ordinarius,

& h. t.

DECANUS.





LECTORI FELICITATEM!



Quod immortale Numen felix faustumque esse
jubeat, ineunte hoc octavo & septuagesimo anno
alterum jam nobilissimæ Jurisprudentiæ Candidatum in
publico sistemus, clarissimum amplissimumque virum,
DN. THEODORICUM MEERBACHIUM, Potentiss.
Electoris Saxon. Secretarium & Vice-Protonotarium,
Consistorii Lipsiensis: qui consveta crastini hora, L. XVI, Cod. *de dona-
tionibus ante nuptias*, solenni ritu interpretabitur. Auctorem illa habet
Constantinum M. Imperatorem, Christianum Principem & honesti
amantissimum, morumque sanctissimum censorem. Hic uti aliis, sic com-
memorata etiam lege occurrere voluit donationum inter sponfos levi-
tati: ne cæco affectus impulsu, amorisque illecebris cati, effusis largitio-
nibus semetipsos mutuo spoliarent; neve allici donis viderentur, quos
interior animorum conspiratio conciliare debebat. Itaque non tantum
L. I, Cod. Theod. *de sponsalibus* constituit, ut donationes desponsatorum
actis insinuarentur; sed lege secunda ac quinta casus etiam definivit,
quibus legitimæ donationes revocarentur. Ultramque legem non parum
interpolatam Tribonianus Codicis Justiniani titulo jam citato inseruit,
numero XV & XVI. Lex XVI ad *Tiberianum* data est, Vicarium Hispaniarum:
quem eodem tricesimo Constantini anno Hieronymus in Chronico Præfectum
Prætorio Galliarum facit, & Gothofredus eundem esse putat, qui sæculi
quarti anno vicesimo sexto ac septimo Comes per Africam fuit. Regebatur
tum Hispania per Vicarium Præfecti Prætorio, quum tempore Constantini
huc usque sub Comitibus fuisset: uti testantur ex Codice Theodosiano
L. VI, *De Serv. fugit.* L. III, *De Maternis bonis*,
L. VIII.

L. VIII, *De Naviculariis*. Erat verò diœcesis Præfecturæ Galliarum, nec unquam proprium Prætorio Præfectum habuit. Post annum CCCLXX. Proconsulibus committebatur, donec à Gratiano iterum subjiceretur Præfecti Galliarum dispositioni & Vicarius restitueretur. Et hoc ab anno CCCLXXXIII factum: quo tempore Marinianus Vicarii partes sustinebat: ad quem L. XIV, C. Th. *De accusation.* & septem epistolæ libri III Symmachi datæ sunt. Vicarii isti in spectabilium ordine ultimi erant, & vice sacra ac jure magistratus judicabant. Lege IV, C. Th. *De proximis, comit.* pro Præfectis diœceses sibi creditas temperare; Ammiano Marcellino & Aurelio Victori *pro Præfectis & pro Præfecto gerere, regere* dicuntur. Alibi vocantur *Vices agentes*. Recte enim Gothofredus Guttherium notat, quod *Vices agentem* à Vicario alium, & cum Accursio in L. I, §. IV, *De legat.* III, eum esse putat, qui in locum defuncti Præfecti subrogatur, ut ejus vice cognoscat. Damus equidem hoc Cledonio apud Gothofredum, non omnem, qui vices agat, esse Vicarium. Stricte enim *Vices agens* appellatur, cui vices mandantur propter absentiam Præfectorum: qui etiam non Præfecturæ, sed Præfectorum *Vices agens* dicitur: Vicarius autem est, qui ordine codicillorum vices agit amplissimæ Præfecturæ. Cæterum Vicario etiam *Vices agentis* nomen tribui, ex L. IV, C. Th. *De proximis* elucet, ubi *Vices agens* Præfecti Prætorio dicitur, qui Constantino apud Zosimum est *δέπων τῶν ἐπιπέριχων τῶ μέση*. Data est lex nostra Constantinopoli & accepta Hispali, Nepotiano & Facundo (non Pacato: ut male Tribonianus) Consulibus. *Hispalis* vulgo *Sevilia*, olim Romanorum colonia, hodie etiam litterarum studiis & Academia celebris, opulentissimum Europæ emporium, totius Hispaniæ quondam metropolis fuit, cui fortè nomen quoque dedit; ibique, ut apparet ex lege nostra, Vicarius Hispaniarum morabatur. Secundum veterem lectionem eadem ab Aufonio celebratur his versibus: *Hispalis equoreus quam præterlabitur annis, Submittit cui tota suos Hispania fasces*. Quam lectionem Gothofredus in Commentario ad L. V, C. Th. *De sponsalibus*, erudite contra Scaligerum defendit: qui in Lectionibus Aufonianis vulgatam tuebatur, & *Emeritam* totius provinciæ Lusitaniæ principem ac matricem substituebat. Tractat lex nostra de donatione inter sponsum

& sponsam facta post sponsalia, quæ ante nuptias vocatur & à donatione propter nuptias, diversa est. Distingunt eam vulgo in *simplicem* & *conditionalem*: quarum illa amoris quidem, sed non matrimonii causa; hæc eo intuitu fit, *si nuptiæ sequantur*. Et ante Constantinum donationes omnes præsumebantur simplices, quibus expressa conditio non adjecta, quæque non collatæ fuerant in parentes provocandi matrimonii gratia. Hinc etiam revocari haut poterant, quocumque casu matrimonium fuisset impeditum. Quod quum minus expedire in publicum observaretur, multis magnisque largitionibus temere sic perditis: inventum est remedium per L. II, Codicis Theodosiani *De sponsalibus*, qua munera cuncta à sponsaliorum tempore oblata, conditionem tacitam futuri matrimonii annexam habent: quo non consequente ipsa donatio pariter irrita censeatur, dominiumque revertatur ad donatorem. Distincta quoque genera impedimentorum in eadem lege, ut scilicet attendatur, utrum voluntate contrahentium, an fortuito casu tristique fato sponsaliorum vinculum rumpatur. Alteram hanc partem Tribonianus in L. XV, Cod. Just. *De donat. ante nupt.* omisit, amplexa distinctione L. V, C. Th. *De sponsalibus*, quæ est L. XVI, indicato titulo Codicis Justiniani. Cujus hæc sententia: Si à sponso quid donatum interveniente osculo, & alterutrum ex desponsatis ante nuptias mori contingat, rei donatæ dimidiam tantummodo partem ad sponsum, ejusve heredes, cujuscunque gradus, reverti debere, *ut donatio stare pro parte media* (ita Codex Theodosianus) & *solvi pro parte media videatur*. Quod si sponsa sponsaliorum (Tribonianus habet: *donationis*) titulo aliquid sponso largita fuerit, ad donatricem ejusve successores, nullo osculi respectu habito, dominium illius transferendum esse. Osculo igitur vis illa tribuitur, non qua inter solennia sponsaliorum adhibitum fuit, sed quæ post sponsalia intervenit. Neque enim hic de sponsalibus, ut actu celebrantur, agitur; sed de donatione inter personas jam desponsatas: ut ideo Jacobus Gothofredus ex hac lege non satis probet, osculo interveniente sponsalia olim contrahi sive posse. Expressius id Alexius Comnenus Imperator docet, constitutione tertia de sponsalibus: *Tunc in primis sponsalia decantandis sacris precibus illorumque sollemnibus (arrha videlicet, gratoque desponsatis osculo) observandis*

dis

dis perficiantur. Cæterum quæ ratio sit, ut sponso osculum tam magno constet, à sponsæ autem lucro insuper apponatur, Interpretes nondum penitus perspexerunt. Illud enim sive admodum: quoniam sponsa videtur dare osculum, & sponsus dando accipere; nihil mirum esse, si pars muneris dimidia referendæ gratiæ cedatur. Vulgo autem hoc adducitur. Per osculum quasi delibari pudicitiam (male Brunnemannus: *virginis a-*
tem: sic enim ad viduas lex nostra non perduceretur) & amitti verecun-
diam sponsæ, ut plus quam sponsa deinde cenferi debeat. Oscula *libidinis*
antecænia vocari: & apud Romanos *σύμβολον* fuisse *καὶ, κεινώνημα τῆς*
συγγενείας. Advocant etiam Tertullianum de velandis virginibus, ubi desponsatas ait *Et corpore Et spiritu mixtas esse per osculum Et dextras, per*
qua primum RES IGNARINT PUDOREM, per commune conscientia
pignus. Inde factum esse ut jus osculi jus quoque sponsalium augetet, &
dimidia rerum donatarum pars in præmium fructumque sponsæ conce-
deretur. Contra ea donationem à sponsa factam, indistincte post dissoluta
per mortem sponsalia revocari, quod pudor virginalis vel muliebris
distinctionem osculi nullam admittat. Osculum enim viri, non mulieris
gratia intervenire, semperque præsumi virum mulieri osculum ferre &
auferre, non illam viro. Hæc à Gothofredo & aliis tradita, utcunque
sefe habeant, non tamen omnino nobis satisfaciunt. Enimvero non
infitemur apud Hispanos, Italos & Germanos plerosque magnam oscu-
lorum fuisse ac esse reverentiam, ut alicubi usurpare liceat illud Quinti-
liani declamatoris: *Uxorem aut maritum tantum osculo putari.* De præcis
Romanis etiam notissimum est, inter cognatos demum ac tantum fre-
quentari oscula cœpisse, ex quo vini usus fœminis interdictus esset: uti
Heraldus docet ad cap. VI, Apologetici Tertulliani. Et mirabilius ad-
huc, quod Tuldenus ad Codicem, ex Vivio refert, in regno Neopolitano
solum osculum capitis pœna plecti. Ex quo harum gentium more non
pessime colligamus, voluisse Legislatores ut pro jure osculi præmium ac
blandimentum aliquod sponsæ indulgeatur. Cui accedit, quod lex nostra
ad Vicarium Hispaniarum data est, quodque ex contraria ratione apud
Gallos eadem non observatur. Quemadmodum nec apud Anglos ac
Belgas: apud quos, *quocunque te moveas, sæviorum plena sunt omnia:*


ut Erasmi Roterodami verbis utamur, ex festivissima ad Faustum Andro-
linum epistola, de hac Anglorum consuetudine. Cæterum quoniam
fatis constat, primæ Ecclesiæ Christianos osculatos invicem, & illa *pacis
oscula*, illa Tertulliani verbo, *signacula orationis* passim frequentata fuisse:
neutiquam ipsis persuasum credimus, virginitatem aut pudicitiam sim-
pliciter per illa delibari. Neque tantam vim osculo tribuerint, si sponsæ
à sponso figatur. Tertullianus etiam non de virginitate aut pudicitia,
sed de pudore loquitur: qui nihil est quam verecundia quædam, nec
cum pudicitia confundi debet. Licet vero hæc omittamus: iniquum
tamen videri poterat, ad heredes defunctæ privilegium istud porrigi,
quorum sine jactura delibari sponsæ oscula potuere. Magis igitur est, ut
sequentem juxta rationem amplectamur. Cum sponsalitiæ liberali-
tatem sponsa lucretur consummatione matrimonii, hoc autem non solo
concubitu, sed consensu *conjugali* æstimetur, quem quodammodo decla-
rant oscula; ideo censuisse Imperatorem, osculo interveniente sponsa-
lia transisse in arctius ac proximum conjugali vinculum, unde merito
pars saltem sponsalitiæ largitatis sponsæ ac successoribus ejus concedatur.
Et huc respexit etiam Gothofredus, cum ait, osculum instar pignoris
ac symboli communionis ac fœderis inter Christianos fuisse, ut proinde
cui osculum tulisset sponsus, ea arctiore fœdere & communionem sociata
crederetur. Quod illustrat loco Chrysoctomi, qui *osculum*, inquit, *ani-
mas sociat, reconciliat mentes & unum corpus ostendit*. Quamvis autem
opponi potest, ex eadem ratione donationem à sponsa profectam spon-
sum lucrari dimidia parte debere, quod æquale utrinque vinculum na-
scatur: facile tamen respondetur, subesse hic favorem dotis, ne temere
minuatur; & sexus muliebris: qui natura impotentior, licet alias tena-
cioris sit animi, cæco tamen amore stimulante, non adhibet in consilium
rationem, quoties ei, quem deperit, largitur; magno suo ac suorum
detrimento. Transiremus jam ad cætera hujus legis, quæque inde pro-
fluunt: sed avocet nos clarissimus Candidatus noster: qui A. 1643 d. 12.
Julii natus in cœnobio Reinhardsbrunnensi, Parentes nactus fuit hone-
stissimos, dudumque pie defunctos, *Dn. Wolfgangum Weerbach/* Sculte-
rum & à Principalibus Ernstrodx relictibus constitutum; nec non *Elisa-
betam*

betbam Georgii Weberi Pastoris olim Wiprodensis meritissimi filiam, Anno 1653 Fridrichrodam missus & *Dn. Mattheo Salzmanno* Rectori Scholæ traditus fuit: unde anno 1656 profectus, Gothæ sub clarissimis Gymnasii magistris, *Dn. Andrea Reibero*, *Georgio Hessio*, *Jo. Bufflebio* ad Academicam lucem adspiravit. Svadente etiam consultissimo viro, *Dn. Vito Ludovico Göckelio*, tum temporis Secretario causarum feudalium, hodie in Aula Gothana Consiliario Synedrii Ecclesiastici spectatissimo, per integrum annum ultra destinatum tempus, laudati *Reiberi* & *M. Joannis Rosenbergi*, hodie Rectoris Budissinensis, disciplina usus est, quo majores in Latinæ eloquentiæ ac Philosophiæ studio progressus faceret. Anni 1662 mense Junio ad nos commigravit, operamque dedit viris plurimum reverendis atque celeberrimis, *Dn. Fridem. Bechmanno*, *Severo Christophoro Olpio*, *p.m. Philippo Müllero*, *Georgio Gætzio* & *Job. Wonna*, tum temporis Philosophici Collegii partim Professoribus, partim Adjunctis egregie meritis. Horum ductu quum Logicam ac Metaphysicam, Politicamque & Taciti partem pertractasset, sub præsidio laudati *Wonna* disputationem *de Libertate* percrepavit ac publice ventilavit. Inde conversus ad Juris prudentiam, à magnifico & nobilissimo viro, *Ernesto Ludovico Avemann*, J.C. gravissimo, in Aula Gothana Consiliario intimo ac Cancellario eminentissimo, fautore nostro observando, conciliatus fuit Socero nostro piissime defuncto, *Dn. Christophoro Philippo Richter*, eoque præside publicam disputationem *de Jure in Quæritis* cum applausu habuit. Idem fecit me præside, anno sequente sexagesimo septimo, & conscriptam à se dissertationem *de Consuetudinibus rationabilibus & irrationabilibus* in auditorio Jureconsultorum laudabiliter defendit. Per quinquennium præterea integrum beati foci, meusque inquilinus, nullam proficiendi opportunitatem omisit. Nec segnior cæterorum Ordinis nostri Professorum auditor fuit, *Dn. Joannis Strauchii*, *Jo. Volck. Bechmanni*, & *Jo. Christophori Falckneri*. Quorum scholas cum frequenter obiret, factum est, ut à magnifico viro ac J.C. *Dn. Burckhardo Berlichio* Consiliario in Aula Dresdensi primario, socero quoque nostro beatissimo, una cum filio Dresdam evocaretur, eaque occasione Academias per Germaniam celeberrimos viseret. Redux ad ipsum rerum usum & exercitiam

447.
citam vitam animum applicuit, moxq; ab Illustrissimo & Excellentissimo
Dn. Dn. Henrico, L.B. à Friesen, Dynasta in Schönfeld / Pucka / Kraupa/
Jessen / Pragschwig &c. Elector. Saxon. Consilii Sanctioris Directore &
Comite primario, anno 69 ad Secretarii munus vocatus; hinc in Secretariorum
Electoralium ordinem receptus, ac tandem anno 73 Electoralis ac Ducalis Con-
sistorii, quod Lipsiæ est, Vice-Protonotarius constitutus fuit. Quibus præmiis
mactato, cum summi adhuc in Jure honores deessent, ab hac studiorum suorum
matre iis exornari præoptavit. Itaque ab amplissimo Jureconsultorum Collegio
statim admittus, in tentamine, uti vocamus, tum erudita resolutione legum, tum
expedita discussione objectionum præclaram juris scientiam demonstravit, atque
ita se gessit, ut dignissimus omnibus videretur, quem ad reliqua Candidatorum
speciminamitteremus. Crastina ergo luce solennem lectionem *Cursoriam*
instituet, ad quam audiendam, ut æqui bonique studia colentes ac amantes con-
venire frequentes haut graventur, est quod officiose ac decenter rogamus. Quæ-
cunque referendæ gratiæ occasio erit, eam primam læti ac lubentes occupabimus.
P.P. Jenæ d. VI. Januarii cIdo Ioc LXXVIII.








ULB Halle
005 132 495


3



VO 1A







1678, 41 17

GEORGIUS ADAMUS
Strube/
JC. Confiliarius Saxonicus in-
timus, Collegii Juridici Ordinarius,
& h. t.
DECANUS.